Simpliciter sine Corporali iuramento taxandis et edicendis per praefa
ti recognoscen aut illius Successores Suprascriptis Donatorijs suis aut
illius Successoribus ob non Completionem praemissorum omnium et singu-
lorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluend
Succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter
absque Corporali iuramento taxand et edicend ac re aliqua Prin
cipali ex praemissis non Completa Complenda Citatique existend me
morati recognoscen Siue illius Successoribus Ad instantiam memora-
torum Donatariorum suorum Siue illorum Successorum ad officium praesens
Castren Capitan Premislien ex tunc recessu Suprascripto quoad
respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino
tanquam peremptorio Stare iuri parere respondere Damna praefata
Terrestria Luere Inscriptioni huic Satisfacere ac omne Iudicatum
pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eaque omnia
inscribunt et obligant Illum terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusque terminos semper
peremptorios vera infirmitate pro Maiori, Minorennitate Suc
cessorum legatione intra vel extra regnum seruitio militari ad
munimenta ad exercitum vel alijs quibusuis dilationibus et le-
galibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra praefatos
terminos officii praefati Castren Premislien dilationem dari non
recipiendo nullasque Motiones appellationes eandemque prosequutiones
faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis
Quaestionibus suspensionum Statutis iuris praescriptione Terresti
bello Conuentioneque ac alijs quibusuis iuris remedijs et defen
sis non subterfugiendo nec quouis modo euadendo. Iis
suis personalibus recognitionibus ad praemissa omnia me
diantibus. 18/III 1652

Feria ſecunda poſt Dominicam Iudica Quadrageſimalem proxima Anno Domini Milleſi-

1440 ~~1441~~ ~~1448~~ 1449

mo ſexcenteſimo Quinquageſimo ſecundo.

Łowiecki et Tarnowski inter ſe roborant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Generosi Valentinus Casimirus de Woycieckowa Łowiecki ab Una et Joannes Tarnowski ab altera partibus sani mentibus et Corporibus existentes a Iuris Districtibus Jurisdictionibus suis propriis et Competentibus recedendo praesentibus autem Castren Capitan Premislien se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quoad hunc actum attinet totaliter plenarie incorporando atque subjiciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et vicissim una pars alteri ac postea utrique parti inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data eiusdem hic Premisliae die hesterna in actu contenta Confectam manibus recognoscentium subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus punctis clausulis articulis vadiis nexibus ligamentis ac beneficiis in universum omnibus firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusque et singulis eius Contentis tam in toto quam in quavis eius minima parte satisfacere praefatam Intercisam ad inscriptionem praesentem roboratoriam et inscriptionem praesentem roboratoriam ad intercisam praefatam in toto mutuo vicissimque referendo. Idque sub vadio Mille Centum florenorum polonicalium per partem parti et Successores utriusque partis ob non completionem Contentorum Intercisae praefatae tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. In quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum

Succumbito

Succubit ac rei alicuius ex contentis interesse praesentis non completa complenda praemissis citata existens, mota pars una praemissa non tenens sive illius successores, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis sive illius successorum ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense ex hinc recessu suprascriptum quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praesentis luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Quendam primum terminum ut et alios omnes exinde consequentes semper causae istius peremptorios terminos vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem ultra proximos terminos officii praesentis Castrensis Praemisliensis delatione sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciendo ac praemissa omnia fidem simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fatalys iuris praescriptione terrestri in bello conventionis ac alys quibuscunque medys et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo, his suis personalibus inscriptionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Łowiecki Tarnowskiemu tenetur.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensis Capitanealis Premisliensis Generosus Valentinus Casimirus de Woycziechow Lowiecki sanus mente et corpore existens a terris districtibus iudiciis iurisdictionibus suis quibusuis propriis et consueti recedendo, praesenti ante castrensis capitaneale Premisliense quoad actum suum attinet benevole ...